



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, MDCCXVIII

Casus XVI. Argumentum. Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum erectum in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali præsentandus sit aliquis in Sacris constitutus, sivè Presbyter, qui debeat celebrare, aut ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

adeft contradictor qualificatus, qui concurrat quemadmodum, Sac. Cong. Concilii in casu fortiori dispensandum censuit cum proviso de Beneficio Sacerdotali in ætate annorum 20. cum clausula, ut adveniente tempore se promoveri faceret ad Sacerdotium, & interim onera adimplerentur, ut in *Parmen. dispensationis 12. Aprilis 1710.*, ac notabilis est decisio 216. par. 2. *recen.*, ubi Papa dispensavit cum Clerico ad obtinendum Beneficium Presbyterale actu etiam existente contradictore, qui cateroquin nec quidem habebat eam qualitatem. Caterum Capitulum, clarum est, non esse legitimum Contradictorem in provisionibus Beneficiorum, dum collatio hujus Canonicius spectat ad Sedem Apostolicam attenda illius vacatione in Mense Maji reservata, eo quod agatur de Jurepatronatus Ecclesiastico, utpote spectante ad Capitulum Collegiatæ, unde subijcitur regula Mensium 8. *Cancell. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 554. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 18. num. 5.*, & illud interesse habendi Sacerdotem est valde remotum, in casu brevi submovendum cum assumptione Sacerdotii Oratoris. Idcirco tradunt DD. Practici, quod quando conceditur hujusmodi dispensatio, apponi solet in litteris de Stylo Datarie clausula, ut interim Canonicius deserviat per substitutum ab Ordinario approban. *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 1. num. 37.*, & *seq.*, *Corrad. in prax. dispens. lib. 4. cap. 2. num. 30.*, & *seq.* *Rota de execut. litterar. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 390.*

Tandem non obstat, quod orator non petierit dispensationem à Papa, sed gratiam dumtaxat; si quidem sufficit, quod in supplicatione narravit qualitatem actualis Sacerdotis in Canonicius; Unde gratiam petendo implicite dispensationem quoque petiisse videtur; Ultra quod hæc non dicitur propriè dispensatio, sed Indultum, ut inquit *Corrad. in supradicta formula prax. Beneficial. lib. 4. cap. 6. n. 12.* Et ita resolutum fuit ab eadem S. Congregatione in Sutrina Canonicius 28. *Novembris 1711.*

ARGUMENTUM.

Mandante Fundatore, quod ad Canonicius erectum in Ecclesia Collegiata, aut Cathedrali presentandus sit aliquis in Sacris constitutus, sive Presbyter, qui debeat celebrare, aut celebrari facere Missas, an hujusmodi Canonicius sit Sacerdotalis; Et quid si qualitas Sacerdotalis fuisset Canonicius adjecta post ejus erectionem?

SUMMARIUM.

- 1 Canonicius Ecclesiarum, sive Collegiatarum, sive Cathedralium de jure communi non exigunt Ordinem Sacrum, nec Sacerdotalem; quid autem post Concilium Tridentinum? Vide num. 2.
- 3 Canonicius erectum in Ecclesia Collegiata non esse Sacerdotalem ex quibus arguatur; Vide ibi, & num. 4.
- 5 Canonicius semel erecto qualitas Sacerdotalis amplius apponi non potest.
- 6 Canonicius erectus in Ecclesia Cathedrali pro uno Presbytero, an sit Sacerdotalis?

CASUS XVI.

Quidam fundavit in Ecclesia Collegiata Canonicius A. cum reservatione Jurispatronatus tam activi, quam passivi favore suorum consanguineorum quos summopere diligebat ea adjecta conditione, quod consanguineus presentandus debeat esse in Sacris constitutus, seu Presbyter qui celebrare, aut celebrari facere debeat Missas pro ejus Anima; & casu, quo non adfit Consanguineus ita qualificatus, dedit Patronis liberam facultatem presentandi etiam extraneum; dummodo iste sit in Sacris constitutus, seu Presbyter; Quæritur an hujusmodi Canonicius sit Sacerdotalis?

Videtur respondendum affirmativè, tum quia fuit erectus in Collegiata ubi Canonicius solent esse Presbyterales; tum quia Fundator expressè voluit presentandum esse Presbyterum eique injunxit

xit onus celebrandi Missas, adeoque præsumi videtur requisivisse in præsentando actuale Sacerdotium cum celebratio Missarum expleri non possit nisi per habentem ordinem Sacerdotalem; ex auctoritatibus superius relatis *Caf. XIV. §. Fortius.*

- 1 His tamen non obstantibus contrarium verius de jure censeo; Canonicatus namque quarumcumque Ecclesiarum sive Collegiatarum, sive Cathedralium de jure communi non exigunt ordinem Sacerdotalem, imò nec ordinem Sacrum juxta *Abb. in cap. 2. n. 5. de instit. Paris. cons. 125. lib. 4. Cœcoper. lucubrat. canonic. lib. 3. num. 114. Gratian. discept. 591. n. 3. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. num. 94. Barbof. vot. decis. 113. num. 2. & seqq. lib. 3. Rot. decis. 421. num. 4. par. 1. rec.* quæ juris communis dispositio licet fuerit correctæ à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 12. de reform. respectu Canonicatum Ecclesiarum Cathedralium, exigendo in eis ordinem Sacerdotalem, vel Sacrum saltè infra annum, intacta tamen remansit respectu Canonicatum Collegiatarum etiam insignium; Unde sequitur quod ad hos assequendos non requiratur ordo Sacerdotalis, sed sufficiat prima tonsura, ac ætas quatuordecim annorum inchoata juxta declarationem s. m. c. Gregorii XIII. & resolutiones S. Congregationis Concilii apud *Fagnan. in cap. cum in cunctis num. 85. de elect. Garz. de benef. par. 7. cap. 4. num. 34. Gratian. discept. 482. n. 1. 9. & 12. & discept. 591. num. 3. & seqq. Barbof. dicto. vot. dec. 113. num. 2. & seqq. & de potest. Episcopi alleg. 60. num. 71. & de Canonic. cap. 13. num. 14. Sperell. dec. 76. num. 18. Rot. decis. 34. num. 34. coram Arguelles, & decis. 766. num. 4. & seq. par. 18. tom. 2. rec.**

Posita hac juris dispositione, quòd Fundator voluerit se cum ea conformare in erigendo hujusmodi Canonicatum in dicta Ecclesia Collegiata, seu quòd voluerit illum non esse Sacerdotalem duæ præfertim circumstantiæ, seu animadversiones suadent.

- 3 Et prima quidem occurrit ea animadversio; quòd Fundator voluerit præsentandum ad Canonicatum esse debere in Sacris constitutum, seu Presbyterum, ex quo refultat mentem Fundatoris non

fuisse necessariò exigere in persona præsentanda qualitatem Sacerdotalem. Sed fuisse indifferentem, & posuisse in arbitrio Patronorum præsentare personam qualificatam, vel ordine Sacro, vel ordine Sacerdotali, juxta naturam dictionis, seu quæ dicitur stare alternativè ad *Text. in cap. in alternativis 70. de regul. jur. in 6. Andreol. contro. 331. num. 15. Barbof. vot. decis. 113. num. 10. lib. 3. Rot. decis. 247. num. 19. par. 5. & decis. 283. nu. 2. par. 15. & decis. 161. num. 14. & decis. 387. num. 3. par. 18. rec. & dec. 58. num. 9. coram Bich. & decis. 206. num. 21. coram Priolo.*

- 4 Secunda verò est illa circumstantia, quòd idem Fundator non obligavit Canonicum celebrare per se ipsum; Sed dedit ei liberam facultatem celebrandi etiam per alium ibi -- *qui celebrare, aut celebrari facere debeat Missas pro ejus Anima* -- ex quo clarè datur intelligi, non esse in eo necessariam qualitatem Sacerdotalem, nec Canonicatum esse Sacerdotalem. *Rof. de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 179. Rot. decis. 367. num. 14. & seq. coram Celso & decis. 719. num. 2. par. 2. rec. & in Melphiten. beneficii 26. Junii 1711. §. Cum enim coram Eminentissimo Priolo, & 21. Junii 1712. §. Quin potius coram R. P. D. Lancetta, & in Farsen. Canonicatus 11. Decembris 1711. §. In prædictorum coram R. P. D. Crispo.* Quod nullam admitteret difficultatem, si qualitas Sacerdotalis fuisset à Fundatore, aut ab ejus Successore adjecta Canonicatui post completam, & perfectam ejus erectionem; tunc enim nullatenus esset Sacerdotalis, quia Canonicatui semel erecto qualitas Sacerdotalis amplius apponi non potest. *Rot. decis. 393. num. 8. coram Celso, & decis. 78. num. 10. par. 9. rec. & in dicta Farsen. Canonicatus §. Ad effectum cor. R. P. D. Crispo.* Et ita in similibus terminis resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in *Syracusana Canonicatus 21. Augusti 1706.* ubi cum quidam Fundator in limite foundationis Canonicatus, seu Dignitatis Choristæ erectæ in Collegiata Ecclesia S. Georgii in Oppido Modicæ adjecerit conditionem ut *major natu de certis lineis, seu familiis, & in statu Clericali, seu in Sacris constitutus, & capax ad ascensionem Canonicatus, & dignitatis Choristæ tantum eligi debeat in infinitum, illeque semper*

per præferatur, dubitatum fuit -- An ad obtinendam dignitatem Chorisæ, seu Canonicatum, de quo agitur requiratur ordo sacer, seu qualitas Sacerdotalis, in casu &c. Cui dubio Sac. Congregatio respondit -- *Negative*.

Hinc non obstat, quod hujusmodi Canonicatus sit erectus in Ecclesia Collegiata, hæc enim circumstantia non arguit illum esse Sacerdotalem, dum, ut superius præmissi, Canonicatus Ecclesiarum Collegiatarum, nec ex dispositione juris communis, nec Concilii Tridentini, exigunt Sacerdotium. Minusque adversatur, quod supradictus Fundator exegerit præsentandum esse Presbyterum, quia in primis non exegit hoc determinatè, sed disjunctivè; vel Presbyterum, vel in Sacris constitutum. Et etiam omisso, quod determinatè expresserit illum esse Presbyterum, adhuc ex hoc argui non potest Canonicatum ex mente Fundatoris esse Sacerdotalem juxta auctoritates superius relatas *Caf. XIV. §. Pro cujus*.

6 Immo etiam si fundasset Canonicatum non in simplici Ecclesia Collegiata, sed quod magis est in ipsa Ecclesia Cathedrali, cum expressione *Presbyteri*, seu pro uno *Presbytero*; adhuc Canonicatus non diceretur Sacerdotalis; ut resolutum fuit ab eadem Sac. Congregatione Concilii me studente apud R. P. D. meum Petra in *Pistorien. Canonicatus I. Aprilis 1713.* ubi cum quidam Christophorus de Pannuzzis fundasset Canonicatum in Ecclesia Cathedrali pro uno *Presbytero saculari futuro ipsius Ecclesie Canonico*, qui *Missas sibi injunctas celebrare, seu celebrari faciat atque apud ipsam majorem Ecclesiam residere teneatur*; Disputatum fuit -- An *Præbenda erecta à Christophoro de Pannuzzis in Ecclesia Cathedrali sit Presbyteralis* -- cui Sacre Congregationi placuit respondere -- *Negative* instante Clerico Joanne Baptista Ptolemæo de dicto Canonicatu proviso Nobili Pistoriensi, nepote Eminentissimi Cardinalis Ptolemæi Viri quidem in Historia Ecclesiastica eruditissimi, & in Doctrina Dogmatica optimè versati, in quodam studio operam dabam in Almo Urbis Collegio ubi idem Eminentissimus erat publicus Lector, fuit meus Præceptor, atque variis Polemicis Dissertationibus me exercuit.

ARGUMENTUM.

Ex eo, quod Fundator exegerit in Persona præsentanda qualitates de jure communi requisitas, exemplificando unam ex his qualitatibus, an, & quando inferatur voluisse constituere Juspatronatus passivum favore habentis dictam qualitatem exemplificatam?

SUMMARIUM.

- 1 *Factum Fundatoris est attendendum pro declaratione ejus mentis.*
- 2 *Fundator si exigat in persona præsentanda qualitatem servitii Sacristiæ, Doctrinæ, aut bonorum morum per verba præceptiva dicitur voluisse constituere juspatronatus passivum favore habentium dictam qualitatem secus si hanc qualitatem exigat per verba hortatoria, & merè recordatoria, & n. 7.*
- 3 *Ordinatio juxta Concilium Tridentinum debet esse ad titulum Beneficii Ecclesiastici.*
- 4 *Cappellania quando dicatur perpetua, & collativa.*
- 5 *Præsentatus à majori parte Patronorum dicitur verè, & efficaciter præsentatus.*
- 6 *Qualificatus ad formam foundationis assequi debet Beneficium.*
- 7 *Juspatronatus passivum pro certo genere personarum quando ad esse dicatur.*
- 8 *Fundator si injunxerit Patrono onus præsentandi -- Giovani di buona vita, e che averanno servito la Chiesa -- ex quibus arguatur noluisse constituere juspatronatus passivum favore intervenientium Ecclesie, & num. 9, 10, 11. & 12.*
- 13 *Electio minùs digni, & non de gremio Ecclesie redargui potest de injustitia, non verò de nullitate.*

CASUS XVII.

EXposita fuit in Sacra Congregatione Concilii sequens testamentaria dispositio Canonici Raynaldi -- *Lascio all' Illmi, e Rmi Signori miei Canonici scudi 6000. in tanti luoghi de' monti per istituirne, & erigere*